

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

D. Pontano Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

mendes, qui cum imperia constituerit ipse, non est de-  
 futurus gubernatoribus. Rerum publicarum, si ab ipso  
 opem implorent. Hac me consolatione, una cum sum-  
 mis periculis saepe sustentavi. Haec scripsi ad te pro-  
 lixius, quadam adductus amoris abundantia, ut scias  
 mihi gratam fuisse commemorationem uoluntatis  
 tuae, & haberes uicissim meae erga te beneuolentiae  
 pignus. Scio te natura ad humanitatem institutum,  
 & optima disciplina assuetum intelligere quo-  
 que, amicitias uirtutis causa constanter colendas es-  
 se. Quare non dubito te beneuolentiam erga me conser-  
 uaturum esse. Ego uicissim amore meum erga te sum-  
 ma fide conseruabo. Atque utinam amicitia nostra a-  
 liquid operis possit recipere. adferre. Veni Vuiteber-  
 gam, Lutheri literis accersitus. Nondum ulla de re  
 Britanni cum nostris deliberare coeperunt. Heri mi-  
 hi narrarunt, se ordine de singulis articulis doctrinae  
 astutos esse: & ualde contendunt, ne discedam.  
 Nimum amant doctrinam. Lutherus amater nos  
 complectitur, & eorum comitate adhuc quidem de-  
 lectatur. Quae te significa mihi, quem teneas lo-  
 cum, & qualia uideantur esse auspicia huius aulici  
 curriculi: & asperge aliquid de Reip. Bene uale.

D. Pontano Philippus Melan-  
 chthon S. D.

Etsi spero te ad nos breui rediturum esse: tamen

cum

cum mihi nuncius oblatuſ eſſet, duxi mei officij eſſe  
 ſe, ut aliquid ad te ſcriberem, ut extaret apud te ali-  
 quod ſpecimen ſtudiorum meorum. Dei beneficio  
 bene ualemus omnes, et rogamus Deum, ut tu quo-  
 que ſaluſ & incolumis domum redeas. Nihil no-  
 bis tua ſalute prius aut gratius eſſe poteſt. Noui ni-  
 hil habeo, niſi quòd audio hic recudi hitoriam Pa-  
 pæ, qua Papa à Gallo exceptuſ eſt: et aiunt D. Mar-  
 tinum addere quaſdam annotationes. Chriſtuſ ſer-  
 uet te, optime & chariſſime pater. Bene uale.

Philippo Glueſpies Philippus Me-  
 lanchthon S. D.

Vtinam aliquam poſſem afferre leuationē mœ-  
 rori ueſtro. Nam exiſtimo te, cum morte honeſtiſſi-  
 mæ matronæ ſocrus tuæ, tum uerò non minus eſſe  
 perturbatum luſtu uiri optimi. Sed notæ ſunt uo-  
 bis conſolationes propoſitæ Chriſtianis. Et quan-  
 quam lugere piū eſt: tamē & illud præcipit Deus,  
 ut dolorem moderemur. Itaq; te quidem, mi Philip-  
 pe, oro, ut animum erigas, & dolori reſiſtas. quòd  
 ex eo etiam magis facere debebis, ut ſorori dolorē,  
 quibus poteris modis leues. Chriſtuſ aſſit uobis, &  
 uos uerbo & ſpiritu ſuo conſoletur: quòd profectò  
 faciet, ſi animos ueſtros ad iſtius uerbum  
 referetis. Bene ualete.

m 2 Reue-